Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26087
Copyright: Admont, Benediktinerstift



228

Mirabilia testimonia tua. Phe q̃ interpretatur erre sub sua p̃sona errore iudaeorum deplorat. q̃ ibi ostendit exitum aliquem deduxerit oculi mei qui non custodiebant os dicit q̃ ex alia translatione intelligit q̃ habet quia non custodiui legem tuam sed se eis permittit exemplum legem inuestigandi. et quibus intellectum dedit scilicet paruulis ostendit et quomodo scilicet per spiritum per quem et per intellectum operari datur. quia enim calumniari ab initio se superiorat de errore calumniantium et suo rememorans quia aliquando talis fuerit in hoc octonario dolet. proponit eis quomodo seruentur legem quia non est dissipanda sed amanda. Hoc est ipsi dissipauerunt sed ego dilexi. Nemo dicit quia mirabilia testimonia tua omnia ipsa creatio rerum testatur te mirabile. testimonia tua tam uetus quam noui testamenti patribus facta sunt mirabilia. et ideo scrutata est ea anima mea. et scrutantem declaratio sermonum tuorum illuminat sermones prophetarum obscuros. et aduentum declarat et intellectum dat paruulis non presumentibus